

Alfaro del Valle, J. A.

Lo musical en San Isidoro de Sevilla

Revista del Instituto de Investigación Musicológica “Carlos Vega”

Año 3, N° 3, 1979

Este documento está disponible en la Biblioteca Digital de la Universidad Católica Argentina, repositorio institucional desarrollado por la Biblioteca Central “San Benito Abad”. Su objetivo es difundir y preservar la producción intelectual de la Institución.

La Biblioteca posee la autorización del autor para su divulgación en línea.

Cómo citar el documento:

Alfaro del Valle, J. A. “Lo musical en San Isidoro de Sevilla” [en línea]. Revista del Instituto de Investigación Musicológica “Carlos Vega”, 3 (1979). Disponible en: <http://bibliotecadigital.uca.edu.ar/greenstone/cgi-bin/library.cgi?a=d&c=Revistas&d=musical-san-isidoro-sevilla> [Fecha de consulta:.....]

LO MUSICAL EN SAN ISIDORO DE SEVILLA(II)*

por J. A. Alfaro del Valle

"ETYMOLOGIARUM"

Lib. I. De Grammatica.

Cap. II. De septem liberalibus artibus.

(45) 1. Disciplinæ liberalium artium septem sunt. Prima, grammatica, id est, loquendi peritia. Secunda, rhetorica, quæ propter nitorem et copiam eloquentiæ suæ maxime in civilibus quaestionibus necessaria existimatur. Tertia, dialectica cognomento logica, quæ disputationibus subtilissimis vera secernit a falsis.

(46) 2. Quarta arithmetica, quæ continet numerorum causas, et divisiones. Quinta musica, quæ in carminibus cantibusque consistit. Sexta geometria, quæ mensuras dimensionesque complectitur. Septima, astronomia, quæ continet legem astrorum.

Lib. I. Cap. IV. De litteris latinis.

(47) 1. Latinas litteras Carmentis nympha prima Italii tradidit. Carmentis autem dicta quis carminibus futurum canebat. Coeterum proprie vocata Nicostrata.

Lib. I. Cap. XV. De voce.

(48) 1. Vox est aer ictus sensibilis auditu, quantum in ipso est. Omnis vox, aut est articulata, aut confusa. Articulata est hominum, confusa animalium. Articulata est quæ scribi potest confusa quæ scribi non potest.

Lib. I. Cap. XVI. De syllaba.

(49) 1. Syllaba Graece, Latine "conceptio", sive "complexio" dicitur. Nam syllaba dicta est "ἀπό τοῦ συλλαμβάνειν τὰ γράμματα" id est, "a conceptione litterarum": συλλαμβάνειν enim dicitur concipere. Unde vere illa est syllaba, quæ ex pluribus nas-

"LAS ETIMOLOGIAS"

Lib. I. De la Gramática.

cap. II. De las siete disciplinas liberales.

1. Siete son las disciplinas de las artes liberales. Primera la gramática, o sea, la pericia en el hablar. Segunda la retórica, que por el brillo y abundancia de la elocuencia se considera necesaria principalmente en las cuestiones civiles. Tercera la dialéctica, por otro nombre lógica, que con sus raciocinios sutiles separa lo verdadero de lo falso.

2. Cuarta la aritmética, que trata de los números y sus divisiones. Quinta la música, que consiste en versos y cantos. Sexta la geometría que comprende las medidas y dimensiones. Y la séptima la astronomía, que estudia las leyes de los astros.

Lib. I. Cap. IV. De las letras latinas.

1. Carmenta fue la primera que llevó a Italia las letras latinas; y se llamaba Carmenta porque decía en verso los oráculos; por lo demás propiamente se llamaba Nicóstrata.

Lib. I, cap. XV. De la voz.

1. La voz es una vibración del aire sensible al oído. La voz puede ser articulada o confusa. La primera es la de los hombres y la segunda la de los animales; pudiendo ser escrita la primera de ellas, no así la segunda. (*)

Lib. I, cap. XVI. De la sílaba.

1. La palabra griega "sílabas" significa en latín concepción o unión y viene del griego "apo tu syllambaneim ta grammata" como si dijéramos concepción de las letras; pues "syllambaneim" significa concebir; de donde verdaderamente se llama sílaba la que nace de varias

(*) Este trabajo, cuya primera parte apareció en el Nº 2 de esta Revista, completa la selección de textos isidorianos relacionados con la teoría musical. Se incluyen aquí los pasajes extraídos de *Las etimologías*,

De las diferencias y Epístolas, y se agregan algunos párrafos de los *Concilios* de Toledo y Laodicea, relacionados con la obra de San Isidoro.

citur litteris. Nam unam vocalem pro sillaba abusive, non proprie dicimus, quae non tam syllaba dicenda est quam ratio temporum. Syllabae autem, aut breves sunt, aut longae, aut communes.

(50) 2. Breves vocatae, quia numquam produci possunt. Longae, quia numquam corripí possunt. Communes autem, quia pro scribentis arbitrio, cum necessitas cogit, et producuntur, et corripíuntur. Lege Donatum. Ideo autem syllabae longae, brevesque dicuntur, quia per varias vocum moras aut dupla aut simpla spatia temporis habere videntur. . .

(51) 3. . . Syllaba autem apud metricos ideo semipes nominatur, quod sit dimidius pes. Nam pes duabus constat syllabis. Cum ergo syllaba una est, quasi dimidius pes est. . .

Lib. I. Cap. XVII. De pedibus.

(52) 1. Pedes sunt qui certis syllabarum temporibus insistant, nec a legitimo spatio unquam recedunt. Pedes dicti, eo quod per ipsos metra ambulant. Nam sicut nos pedibus incedimus, ita metra quasi pedibus gradiuntur. Pedes autem omnes centum viginti quatuor sunt: disyllabi quatuor, trisyllabi octo, tetrasyllabi sexdecim, pentasyllabi duo et triginta, hexasyllabi quatuor et sexaginta. Usque ad quatuor autem syllabas pedes dicuntur; reliquae $\sigma\upsilon\lambda\lambda\alpha\beta\alpha\iota$ vocantur.

(53) 2. Ipsi autem pedes habent speciales causas nominum quare ita vocentur. Pyrrichius dictus est, quia hic assidue, vel in ludo puerili saepius frequentabatur. Spondeus dicitur quia tractim sonat. Nam spondeus tractus quidam dicitur, id est sonus qui fundebatur circa aures sacrificantium. Unde et i tibiis caneant in sacris gentilium spondiales nominabantur.

(54) 3. Trochaeus vero ab eo dictus est, quod celerem conversionem faciat cantilenae, et quasi rota velociter currat in metris, $\tau\rho\chi\acute{o}\varsigma$ enim Graece rota dicitur. . .

(55) 16. Choriambus vero, quia ex hoc pede compositum carmen choris aptissimum sit. . .

(56) 21. Accidunt unicuique pedi arsis et thesis, id est, elevatio et positio-vocis. Neque enim inter pedes dirigere poterunt nisi alterna vice levantur et ponantur: ut "arma", "ar" elevatio est, "ma" positio. In his duobus per divisionem pedes legitimis colliguntur. Aequa divisio est, quoties arsis et thesis aequali temporum divisione caeduntur.

letras, y por eso una vocal sola no se puede decir con propiedad que sea sílaba, sino de modo abusivo, y más que sílaba tiene razón de tiempo. Las sílabas pueden ser breves, largas y comunes. (*)

2. Se llaman breves las que nunca se pueden alargar; largas, las que no se pueden abreviar, y comunes, las que se alargan o abrevian a voluntad del escritor, según la necesidad lo exija o pida; y serán breves o largas, según la mora del tiempo de su pronunciación, que tiene uno o dos espacios de tiempo. . . (*)

3. . . Entre los poetas se llama la sílaba "semipiés", o sea, medio pie, pues constando el pie de dos sílabas, una sola sílaba tiene sólo medio pie. . .

Lib. I, cap. XVII. De los pies.

1. Los pies tienen su fundamento en ciertos tiempos de las sílabas y jamás se apartan de su legítimo espacio. Se llaman pies porque por ellos andan los versos; pues así como nosotros caminamos con los pies, así los versos andan con ellos. Todos los pies son ciento veinticuatro a saber: cuatro bisílabos, ocho trisílabos, dieciséis tetrasílabos, treinta y dos pentasílabos y sesenta y cuatro de seis sílabas. Propiamente se llaman pies hasta los de cuatro sílabas, los demás se dicen en griego syzygia (copulaciones).

2. Estos pies recibieron diversos nombres, no sin causa ni fundamento. Así el "pirríquico" recibió este nombre porque se usaba mucho en los juegos y certámenes infantiles. El "espondeo" porque es muy largo, "tractim sonat" y se usaba en los sacrificios; de ahí que recibieran el nombre de "espondiales" los que cantaban al son de los instrumentos en los sacrificios de los gentiles. (*)

3. El "troqueo" recibe tal nombre porque hace la canción muy ligera y corre en el metro como rueda que gira vertiginosamente; la rueda en griego es "trojos". . .

16. "Coriambo": así llamado porque los versos compuestos con este pie son los más aptos para el canto en coro.

21. Accidente del pie es el "arsis" y "thesis", a saber: elevación y descenso de la voz; los mismos pies del hombre no le llevarían si no se levantarán y bajaran alternativamente; y así en la palabra "arma", en la sílaba "ar" está la elevación y en "ma" está el descenso; de la conveniente combinación o división de estos dos accidentes se forman los pies legítimos. Se llama esta división "igual" cuando el "arsis" y el "thesis" caen bajo una igual duración de tiempo.

(57) 22. Dupla, quoties ex his unus alterum duplo vincit. Sescupla vero est, quoties unum alterum sescuplo superat. In simpla enim ejus parte unum plus invenitur, in dupla unum minus habetur. Secum enim dimidium dicitur. Triplum est, quando major pars ter continet totum minus, id est, tria, et unum. Epitritum est, quando minus continetur a majore, et ejus tertia pars. Caeduntur vero pedum membra, vel per aequalitatem, vel per duplum, vel per sescuplum, vel per triplum, vel epitritum...

(58) 25. Unus verus tantum est qui tripla partitione dividitur, quae est maxima, atque ideo minime metris adest.

(59) 28. ... Tempora in pedibus sunt, ut quanta unusquisque pes habeat. Resolutio est pedum, quando pro una longa duae breves ponuntur, aut pro duabus longis quatuor breves.

(60) 29. Ex una autem longa duae breves fiunt; ex duabus autem brevibus longa numquam fit. Findi enim solida possunt (figura est), solidari scissa non possunt. Figura est, cujus nota syllabae agnoscuntur. Ubi enim circuli partem inferiorem bis positam aspicias, Pyrrichius est, U U; ubi i geminum jacens spondeus, — —. Nam nota brevis inferior semicirculus U, nota longa i jacens est —.

Lib. I, Cap. XVIII. De accentibus.

(61) 1. Accentus, qui Graece prosodia dicitur, ex Graeco nomen accepit. Nam Graece $\pi\rho\sigma\delta\acute{\iota}\varsigma$ Latine "ad", $\omega\delta\acute{\iota}$ "Graece, Latine "cantus" est. Hoc enim nomen de verbo ad verbum expressum est. Latini enim habent et alia nomina. Nam accentus et tonos et tenores dicunt, quia ibi sonus crescit et desinit.

(62) 2. Accentus autem dictus, quo juxta cantum sit, sicut adverbium, quia juxta verbum est. Acutus accentus dictus, quod acuat et erigat syllabam. Gravis, quod deprimat, et deponat, est enim contrarius acuto. Circumflexus, quia de acuto et gravi constat: incipiens enim ab acuto in gravem desinit; atque ita, dum ascendit, et descendit, circumflexus efficitur.

(63) 3. Acutus autem et circumflexus similes sunt, nam uterque levat syllabam. Gravis contrarius videtur ambobus, nam semper deprimit syllabas, cum illi levant, ut: "Unde venit Titan, et nox ubi sidera condit". "Unde" hic

22. Es "doble" cuando uno de estos elementos sobrepasa al otro en el doble. "Séscuplo" cuando uno supera al otro en la mitad, pues en su primera parte hay uno más. "Triplo", cuando la parte mayor contiene a la menor tres veces, como el tres y el uno. "Epítrito" se dice cuando la parte mayor supera a la menor en una tercera parte. Según esta clasificación los pies métricos están divididos por igual, por doble, séscuplo, triplo y por epítrito...

25. Solamente hay uno que exceda en tres veces a la otra parte, exceso que es máximo, y por eso se usa muy poco.

28. ... El número de "tiempos" son los que tenga cada pie. Se dice que "se resuelve un pie" cuando se substituye con un equivalente, como cuando por una larga se ponen dos breves, o por dos largas cuatro breves.

29. De una larga se hacen dos breves, pero de dos breves nunca se hace una larga, porque lo que forma un todo unido se puede dividir; pero lo que está ya hendido no se puede soldar. Se llama "figura" la señal que da a conocer cómo es la sílaba. Dos semicírculos puestos sobre dos sílabas en esta forma UU dan a conocer el pirriquo; y dos rayitas horizontales indican el espondeo — —; pues el semicírculo indica la sílaba breve y las rayitas la sílaba larga.

Lib. I, cap. XVIII. De los acentos.

1. La palabra "acento" que en griego se llama "prosodia" recibió su denominación del griego; pues el griego "pros" significa en latín "ad" y "ode" significa "cantus"; esto es, "ad cantum", acento, o sea para el canto. Los latinos le dan varios nombres, a saber: "acento", "tonos" y "tenores", porque por ellos aumenta o disminuye el sonido.

2. Se llama "acento" porque es "ad cantum", según el canto, de la misma manera que se dice adverbio, porque es "ad verbum", junto al verbo. El acento "agudo" se llama así porque "acuat", aguza y levanta la sílaba; "grave" porque la abate, y es contrario al agudo. "Circunflejo", porque consta de ambos, pues empezando por el agudo termina en el grave, ascendiendo primero para descender después, y así se hace circunflejo.

3. El acento "agudo" y "circunflejo" son semejantes, porque uno y otro levantan la sílaba; el "grave" es contrario a ambos, pues siempre deprime la sílaba. Como aquello de Lucano (1, 15): "De donde viene Titán, y la no-

gravis est, minus enim sonat quam acutus et circumflexus.

(64). 4. Monosyllaba autem pars orationis, si naturaliter brevis est, ut "vir", aut positione longa, ut "ars" acutum accentum habebit. Si vero naturaliter longa, ut "res", circumflexum. . .

(65) 6. Accentus autem reperti sunt, vel propter distinctionem, ut "viridique in littore conspicitur sus", ne dicas "ursus", vel propter pronuntiationem, ne dicas "méta" breviter, et non producta "metà", vel discernendae ambiguitatis causa, ut "ergo". Nam cum producit "go", causam significat, cum corripitur, conjunctio est.

Lib. I. Cap. XIX. De figuris accentuum.

(66) 1. Figurae accentuum decem sunt, quae a grammaticis pro verborum distinctionibus apponuntur. **Οξεῖα** id est, acutus accentus, linea a sinistra parte in dexteram partem sursum ducta fit ita: **´**.

(67) 2. **βαρεῖα** id est, gravis linea a summo sinistrae in dexteram deposita, fit ita: **`**.

(68) 3. **Περισπωμένη** id est, circumflexus línea de acuto et gravi facta exprimitur ita: **ˆ**.

(69) 4. **Μακρά** id est, longa, virgula jacens est, ita: **—**.

(70) 5. **Βραχύς** id est, brevis, pars est circuli inferior, jacens ita: **U**.

(71) 6. **Υφεν** id est, conjunctio, quia duo verba connectit, subjecta a virgula versui circumflexa fit ita: **∪**.

(72) 7. Diastole, id est, distinctio, quae e contrario separat dextera pars circuli superposita versui fit ita: **∩**.

(73) 8. Apostrophos, pars item circuli dextera, et ad summam litteram apposita, fit ita: quae nota, deesse ostenditur in sermone ultima vocalis, ut "tribunal", pro "tribunali".

(74) 9. **Δασεῖα** quod interpretatur aspiratio, id est, ubi H littera poni debet, tali figura notatur: **†**.

(75) 10. **Ψιλή** quod interpretatur siccitas,

che allí hizo desaparecer las estrellas". Donde se ve que el acento de "unde" es grave, pues suena menos que el agudo y el circumflejo.

4. La parte "monosílaba" de la oración, si es breve por su naturaleza como "vir", o larga por su posición, como "ars", tendrá acento agudo; pero si es larga por naturaleza como "res", tendrá acento circumflejo.

6. Los acentos se ponen o para establecer distinción, como Virgilio (Eneida 8,83): "Y en la verde orilla se ve un cerdo", para no decir "ursus"; o para pronunciar bien, y no se diga, por ejemplo "meta" con la "a" breve; o para quitar motivo de duda o ambigüedad, como "ergo", pues cuando la "O" se alarga indica causa y cuando se abrevia es conjunción.

Lib. I, cap. XIX. De las figuras de los acentos.

1. Diez son las "figuras" de los acentos empleados por los gramáticos para la distinción de las palabras. El acento "agudo" ("oxeia" en griego) consiste en una pequeña línea que se pone sobre la sílaba y asciende de izquierda a derecha (**´**).

2. El acento "grave" ("bareia" en griego) es una línea que baja sobre la sílaba de izquierda a derecha (**`**).

3. "Circumflejo" ("perispomene") es el formado de la unión por la parte superior de los dos anteriores (**ˆ**).

4. "Largo" ("macra") consiste en una línea horizontal sobre la sílaba (**—**).

5. "Breve" ("brajus") es la parte inferior de un semicírculo (**U**).

6. "Unión" ("yfen"): se llama así porque une dos palabras y se expresa así (**∪**).

7. "Diástole": distinción que, por contraposición a la anterior, separa las palabras; se pone en la parte baja del verso y es la parte derecha de un círculo (**∩**).

8. "Apóstrofe" es la parte derecha de un semicírculo y se coloca en la para superior de una letra para denotar que allí falta una vocal. Se expresa de esta forma (**´**). Con lo cual se indica que falta a la palabra la última vocal, como "tribunal", por "tribunali".

9. "Daseia, aspiración", indica que allí debe ponerse la letra H y se expresa así (**†**).

10. "Psile, sequedad o puro", indica que no

sive purum, id est, ubi H littera esse non debet, tali nota ostenditur: **4**.

hay aspiración y, por tanto, no debe ponerse la letra H; se indica así (**H**).

(76) 11. Quorum duorum accentuum figuram Latini ex ipsa littera aspirationis fecerunt. Unde, si conjungas has, facis eandem aspirationis notam H. Rursum si medium ejus apicem scindis, **δασεῖαν** et **ψιλήν** facis.

11. Los latinos formaron de la letra aspirada H la figura de estos dos últimos acentos; así si se unen los dos últimos acentos, forman la repetida letra, y si se separan forman los dos acentos ya dichos.

Lib. I. Cap. XXXII. De barbarismo.

Lib. I, cap. XXXII. De los barbarismos.

(77) 3. Barbarismus autem fit scripto, et pronuntiatione. Scripto quatuor modis: si quis in verbo litteram, vel syllabam adjiciat, mutet, transmutet, vel minuat. Pronuntiatione autem fit in temporibus, et reliquis, quae sequuntur.

3. Tiene lugar el barbarismo o en el "escrito" o en la "pronunciación". Se incurre por "escrito" de cuatro maneras, a saber: cuando agrega, muda, transpone o disminuye letra o sílaba; y por la "pronunciación" tiene lugar en los tiempos, tonos, aspiraciones, etc.

(78) 4. Per tempora quippe fit barbarismus, si pro longa syllaba brevis ponatur, aut pro brevi longa. Per tonos, si accentus in aliam syllabam commutetur. Per aspirationem, si adjiciatur h littera ubi non debet, aut detrahatur ubi esse oportet.

4. El barbarismo en los "tiempos" existe si se emplea una sílaba larga por una breve o viceversa; en "tonos" si cambia el acento de una sílaba a otra; por "aspiración", poniendo la letra "h" en donde no debe o, al contrario, quitándola donde debe haberla.

Lib. I. Cap. XXXIX. De metris.

Lib. I, cap. XXXIX. De los metros.

(79) 1. Metra vocata, quia certis, pedum mensuris, atque spatiis terminantur, neque ultra dimensionem temporum constitutam procedunt. Mensura enim Graece **μέτρον** dicitur.

1. Se dice "metro" porque se somete a ciertas medidas de pies y espacios de tiempo y no se alarga más allá de una medida determinada, y viene del griego "metron", que significa medida.

(80) 2. Versus dicti ab eo quod, pedibus in ordine suo dispositis, certo fine moderantur per articulos, qui "caesa" et "membra" nominantur.

2. "Verso": se llama así porque, dispuestos los pies métricos por su orden, están regidos por ciertos cortes, que se llaman miembros. Para que no se alarguen más de lo debido, hay establecida una medida, y terminada, vuelven de nuevo a empezar, y por eso se llaman "versos" porque vuelven (revertuntur). (*)

qui ne longius provolverentur quam iudicium posset sustinere, modum statuit ratio unde reverterentur, et ab eo ipso versum vocatum, dicunt quod "revertatur".

3. A esto se agrega el "ritmo" que está moderado por un cierto término; pero que, sin embargo, tiene sus medidas de pies, y esto es lo que en latín se llama el número, y a ello se refiere Virgilio cuando dice (Egl. 9,45): "Recuerdo la tonadilla, si conservara las palabras". (*)

(81) 3. Huic adhaeret rhythmus, qui non est certo fine moderatus, sed tamen rationabiliter ordinatis pedibus currit; qui Latine nihil aliud quam "numerus" dicitur. De quo est illud: "... Números memini, si verba tenerem".

(82) 4. Carmen vocatur quidquid pedibus continetur, cuidatum nomen existimant, seu quod "carptim" pronuntiaretur (unde hodie lanam quam purgantes discerpunt, "carminare" dicimus) seu quod qui illa canerent "carere" mente existimabantur.

4. "Carmen". Se llama así lo que se contiene dentro de pies métricos, y se cree se llama así, o porque se pronuncia "carptim" (por partes) (de donde a la operación de dividir, separar y limpiar la lana se dice "carminare"), o porque los que cantaban se estimaba que estaban locos, "carere mente".

(83) 5. Metra, vel a pedibus, nuncupata, vel a rebus quae scribuntur, vel a frequentatoribus, vel a numero syllabarum.

5. "Metro": recibe diversos nombres según los pies de que consta, la materia de que habla, según sus inventores, los que más la usaron, o según el número de sílabas.

(84) 6. A pedibus metra vocata ut dactylica, iambica, trochaica...

6. "Según los pies" los metros se llaman dactílicos, yámbicos y trocaicos...

(85) 7. Ab inventoribus metra appellata dicuntur, ut, Anacreonticum, Saphicum, Archilochium...

7. Por razón de los "inventores" reciben varios nombres como anacreónticos, sáficos, arquiloquios...

(86) 8. A frequentatoribus, ut Asclepiadea...

8. "Según los que más lo usaron" como asclepiadeos...

(87) 9. A rebus quæ scribuntur, ut heroicum, elegiacum, bucolicum. Heroicum enim carmen dictum, quod eo virorum fortium res et facta narrentur. Nam heroes appellantur viri propter sapientiam et fortitudinem; quod metrum auctoritate coetera metra præcedit, unum ex omnibus tam maximis operibus aptum quam parvis, suavitatis et dulcedinis aequè capax.

9. Por la "materia" de que trata el verso se llama heroico, elegíaco y bucólico. Heroico: llamado así porque en él se narran las gestas de los grandes hombres. Pues aquellos varones se llaman héroes, como si dijera "aéreos" y dignos del cielo por su sabiduría y fortaleza. Este metro es más excelente por su autoridad que los demás metros y es entre todos el más apto, tanto para las grandes obras como para las pequeñas, capaz igualmente de suavidad y dulzura.

(88) 10. Quibus virtutibus nomen solum obtinuit, ut Heroicum vocaretur ad memorandas scilicet heroum res. Nam, et præ coeteris simplicissimum habetur, constatque duobus pedibus, dactylo et spondeo; ac sæpe pene, vel ex hoc, vel ex illo, nisi quod temperantibus fit utriusque mistura, quam si instruat a singulis.

10. Por esta razón estos versos fueron los únicos que recibieron este nombre de heroicos, porque sólo con ellos se conmemoraban las gestas. Es además más simple y sencillo y consta de dos pies: el dáctilo y el espondeo; y muchas veces sólo de uno de ellos, aunque ordinariamente de la mezcla de los dos.

(89) 11. Omnibus quoque metris prius est. Hoc primum Moyses in cantico Deuteronomii, longe ante Pherecydem et Homerum cecinisse probat. Unde et apparatus antiquius fuisse apud Hebraeos studium carminum quam apud gentiles. Siquidem et Job Moysi temporibus adaequatus, Hexametro versu, dactylo spondeoque decurrit...

11. Es igualmente el primero de todos los metros; primeramente lo usó Moisés en el cántico del Deuteronomio, mucho antes que Ferecides y Homero; por donde se ve que es mucho más antiguo el uso del verso entre los hebreos que entre los gentiles. El mismo Job, en los tiempos de Moisés, usó igualmente el hexámetro con dáctilo y espondeo.

(90) 16. Bucolicum, id est pastorale carmen plerique Syracusis primum compositum a pastoribus opinantur, nonnulli Lacedaemone. Namque transeunte in Graeciam Xerxe rege Persarum, cum Spartanae virgines, sub hostili metu, neque egredi urbem auderent, neque pompam chorumque agrestem Dianae de more exercerent, turba pastorum, ne religio præteriret, eundem inconditis cantibus celebrarunt. Appellatur autem Bucolicum a bubus, de maiore parte, quamvis opilionum caprariorumque sermones in iis et cantica inserantur.

16. "Bucólico", o sea, poesía pastoril. Muchos dicen que lo usaron primeramente los pastores de Siracusa y otros en Lacedemonia, atribuyendo su origen a que al pasar por Grecia Jerjes, rey de los persas, no se atrevieron las vírgenes espartanas, por miedo al enemigo, a celebrar sus pompas y cantos campestres a Diana, según costumbre; entonces un grupo de pastores celebraron con cantos estas fiestas, a fin de que no se extinguiera este culto. Recibieron el nombre de bucólicos principalmente de los boyeros (bubus), porque ellos formaban la mayor parte de los cantores, aún cuando se interferían canciones de los cabreros y pastores de ovejas.

(91) 17. Hymnos primum David propheta in laudem Dei composuisse ac cecinisse manifestum est. Deinde apud gentiles prima Mnemia Timothoe fecit in Apollinem et Musas, quæ fuit temporibus Ennii longo post David. Hymni autem ex Graeco in Latinum "laudes" interpretantur...

17. Es una cosa manifiesta que David, profeta, fue el primero que compuso y cantó "himnos" en alabanza de Dios; después entre los gentiles, la primera fue Memmia Timothoe, quien compuso himnos en honor de Apolo y de las musas mucho después de David. Esta Memmia fue contemporánea de Ennio. La palabra griega himno significa laude o alabanza.

Lib. II. De Rhetorica et dialectica.

Cap. III. De nomine oratoris et partibus rhetoricae.

(92) 1. Orator est igitur vir bonus dicendi peritus. Vir bonus consistit natura, moribus, artibus. Dicendi peritus consistit artificiosa eloquentia, quae constat partibus quinque: inventione, dispositione, elocutione, memoria, pronuntiatione, et fine officii, quod est aliquid persuadere.

(93) 2. Ipsa autem peritia dicendi in tribus rebus consistit, natura, doctrina, usu; natura, ingenio; doctrina, scientia; usus, assiduitate. Haec sunt enim quae non solum in oratore, sed in unquoque homine artifice spectantur ut aliquid efficiat.

Lib. II. Cap. XVII. De trimodo dicendi genere.

(94) 1. Dicenda sunt quoque submissa leviter, incitata graviter, inflexa moderate. Hoc est enim illud trimodum genus dicendi: humile, medium, grandiloquum. Cum enim magna dicimus granditer proferenda sunt, cum parva, subtiliter; cum mediocria, temperate.

(95) 2. Nam in parvis causis nihil grande, nihil sublime dicendum est, sed leni ac pedestri more loquendum. In causis autem maioribus, ubi de Deo, vel hominum salute referimus, plus magnificentiae et fulgoris est exhibendum.

(96) 3. In temperatis vero causis ubi nihil agitur ut agat, sed tantummodo ut delectetur auditor, inter utrumque est moderate dicendum; sed et quamvis de magnis rebus quisque dicat, non tamen semper granditer dicere debet, sed submisso cum docet, temperate cum aliquid laudat vel vituperat, granditer cum ad conversionem aversos animos provocat. Utenda tamen verba in submisso genere sufficientia, in temperato splendentia, in grandi vehementia.

Lib. II. Cap. XXIV. De definitione philosophiae.

(97) 1. Philosophia est rerum humanarum divinarumque cognitio, cum studio bene vivendi conjuncta...

(98) 3... Philosophiae species tripartita est: una naturalis, quae Graece "physica" appellatur, in qua de naturae inquisitione disseritur... ethica... logica...

Lib. II. Sobre la Retórica y la dialéctica.

Cap. III. Del nombre de orador y de las partes de la retórica.

1. "Orador" es el hombre bueno perito en el decir. "Vir bonus", ha de ser bueno por su naturaleza, sus costumbres y por el arte. "Dicendi peritus": ésta es la elocuencia artificiosa y tiene cinco partes, a saber: invención, disposición, elocución, memoria y pronunciación. El fin del orador es persuadir.

2. La "pericia en el decir" está en tres cosas: en la naturaleza, en la doctrina y en el uso. "Naturaleza" es el ingenio; "doctrina" es la ciencia, y "uso" es la asiduidad. Estas tres cosas se requieren no sólo en el orador sino en todas las actividades humanas para que el hombre logre su perfección.

Lib. II, cap. XVII. De los tres géneros de elocución.

1. Las cosas de poca importancia se han de decir ligeramente, las de trascendencia con gravedad y las ordinarias con moderación; según los tres modos de decir, humilde, medio y grandilocuente; pues cuando hemos de hablar de grandes cosas se deben decir con "grandeza"; si de cosas pequeñas, "levemente", y con "moderación" las medianas.

2. Así, pues, en las pequeñas causas, en las cuales no hay nada grande, ni sublime, se ha de emplear, no un tono altisonante, sino humilde. En las causas mayores, en las que se habla de Dios, de la salvación de los hombres, hemos de mostrar mayor magnificencia.

3. En las causas moderadas, en las que no se trata de que haga esto o aquello, sino sólo de deleitar al auditorio, se empleará tono moderado, entre uno y otro; y aunque hable también de cosas grandes, no siempre ha de emplear la grandilocuencia, sino suave cuando enseña, moderado cuando alaba o vitupera y grandilocuente cuando trata de llevar a Dios los espíritus apartados. Se han de emplear palabras significativas en el género suave, esclarecidas en el moderado y vehementes en el grandilocuente.

Lib. II, cap. XXIV. De la definición de la Filosofía.

1. "Filosofía" es el conocimiento de las cosas humanas y divinas, unido al ejercicio de una vida recta...

3... La filosofía se divide en tres partes: "natural", que en griego se llama "física", que trata del conocimiento de la naturaleza... "ética"... "lógica"

(99) 4. In physica igitur causa quaerendi; in ethica ordo vivendi; in logica ratio intelligendi versatur. Physicam apud Graecos primus perscrutatus est Thales Milesius, unus ex septem illis sapientibus. Hic enim ante alios coeli causas atque vim rerum naturalium, contemplata ratione, suspexit, quam postmodum Plato in quatuor definitiones distribuit, id est, arithmetica, geometria, musica et astronomia.

(100) 10. Alii definierunt philosophiae rationem in duabus consistere partibus, quarum prior inspectiva est, secunda actualis. Inspectiva dividitur in naturalem, doctrinalem et divinalem. Doctrinalis dividitur in quatuor partes, in arithmetica, musica, geometria, et astronomia.

(101) 14. Doctrinalis dicitur scientia quae abstractam considerat quantitatem. Abstracta enim quantitas dicitur quam, intellectu a materia separantes, vel ab aliis accidentibus; ut est par, impar, vel alia hujuscemodi, in sola ratiocinatione tractamus. Cujus species sunt quatuor, arithmetica, geometria, musica, astronomia.

(102) 15. Arithmetica est disciplina quantitatis numerabilis secundum se. Geometria est disciplina magnitudinis immobilis et formarum. Musica est disciplina quae de numeris loquitur qui ad aliquid sunt his qui inveniuntur in sonis. Astronomia est disciplina quae cursus coelestium siderumque figuras contemplatur omnes, et habitus stellarum circa se et circa terram indagabili ratione percurrit.

Lib. III: De quatuor disciplinis mathematicis.

(103) Praefatio. . . Musica est disciplina quae de numeris loquitur qui inveniuntur in sonis.

Cap. I. De vocabulo arithmeticae disciplinae.

(104) 1. Arithmetica est disciplina numerorum. Graeci enim "numerus" ἀριθμὸν dicunt. Quam scriptores saecularium litterarum inter disciplinas mathematicas ideo primam esse voluerunt quoniam ipsa, ut sit, nulla alia indiget disciplina.

(105) 2. Musica autem, et geometria, et astronomia, quae sequuntur, ut sint atque subsistant istius egent auxilio.

Cap. II. De auctoribus ejus.

(106) 1. Numeri disciplinam apud Graecos primum Pythagoram autumant conscripsisse,

4. La "física" pues, busca la causa de las cosas; la "ética" el orden de la vida, y la "lógica", la razón de entender. El primero que se dedicó a la física fue Tales de Mileto, uno de los siete sabios de Grecia. Este, antes que nadie, estudió las causas del cielo y las fuerzas de la naturaleza con meditado estudio; después Platón la dividió en cuatro partes, a saber: "aritmética, geometría, música y astronomía".

10. Algunos doctores definieron que la filosofía consiste en dos partes a saber: "inspectiva y actual". La primera se divide en natural, doctrinal y divina. La doctrinal se subdivide en cuatro partes: aritmética, música, geometría y astronomía. (*)

14. "Doctrinal" se dice la ciencia que considera la cantidad abstracta. Se llama "cantidad abstracta" aquella que por un acto del entendimiento, separamos de la materia o de otros accidentes, como es "par" o "impar" u otras cosas de este género y consideramos los números con el raciocinio solamente; sus especies son cuatro: aritmética, geometría, música y astronomía.

15. "Aritmética" es la disciplina de la cantidad numerable "secundum se" sin relación a otra cosa. "Geometría" es la disciplina de las magnitudes inmóviles y de las formas. "Música" es la disciplina que trata de los números en cuanto dicen relación al sonido. "Astronomía" es la disciplina que estudia el curso de los cuerpos celestes, las figuras de las estrellas, sus relaciones entre sí y con la tierra. (*)

Lib. III: De las cuatro disciplinas matemáticas.

Prólogo. . . "Música" es la disciplina de los números que se encuentran en los sonidos.

Cap. I. De la palabra aritmética.

1. Aritmética es la disciplina de los números ya que los griegos llaman al número "arizmon". Los escritores consideraron la aritmética como la primera de todas las disciplinas matemáticas, porque para existir no necesita de otras.

2. Pero la música, la geometría y astronomía para existir necesitan de su auxilio.

Cap. II. De sus autores.

1. Entre los griegos el primero que escribió acerca de los números fue Pitágoras, y después

ac deinde Nicomacho diffusius esse dispositam, quam apud Latinos Apulejus, deinde Boethius transtulerunt.

Nicómaco ordenó extensamente esta disciplina. Posteriormente Apuleyo y Boecio la trajeron a los latinos. (*)

Cap. IV. Quid praestent numeri.

Cap. IV. Importancia del número.

(107) 1. Ratio numeri contemnenda non est; in multis enim Sanctarum Scripturarum locis quantum mysterium habeant elucet. Non enim frustra in laudibus Dei dictum est: "Omnia in mensura, et numero, et pondere fecisti".

1. La ciencia de los números no es de poca importancia; en muchos lugares de las Sagradas Escrituras aparece cuán gran misterio encierra; no en balde en alabanza de Dios se ha dicho (Sap. 11, 21): "Todo lo dispusiste, Señor, con medida, número y peso".

(108) 2. Senarius autem, qui partibus suis perfectus est, perfectionem mundi quadam numeri sui significatione declarat. Similiter et quadraginta dies, quibus Moyses, et Elias, et ipse Dominus, jejuna-verunt, sine numerorum cognitione non intelliguntur.

2. El número "seis", que es perfecto en sus partes, pone de manifiesto en cierta manera la perfección del mundo. De igual manera los "cuarenta días" que ayunaron Moisés, Elías y Nuestro Señor, no se entienden sin el conocimiento de los números.

(109) 3. Sic et alii in Scripturis sacris numeri existunt quorum figuras non nisi noti hujus artis scienter solvere possunt. Datum est etiam nobis ex magna parte sub numerorum consistere disciplina, quando horas per eam discimus, quando mensium curricula supputamus, quando anni spatium redeuntis agnoscimus.

3. Así también existen en las Sagradas Escrituras otros muchos números cuyas figuras no pueden resolverse si no se tiene conocimiento del arte de los números. Por otra parte, nuestra vida está bajo la disciplina de los números cuando por ella aprendemos las horas, contamos el curso de los meses o conocemos el espacio del año que vuelve de nuevo.

(110) 4. Per numerum siquidem, ne confundamur, instruimur. Tolle numerum rebus omnibus, et omnia pereunt. Adime saeculo computum, et cuncta ignorantia caeca complectitur, nec differri potest a coeteris animalibus qui calculi nescit rationem.

4. Por el número, pues, nos instruimos para no ser engañados; quita el número a las cosas y todas ellas perecen; quita al tiempo el cómputo y todo queda envuelto en la ciega ignorancia; ni puede ser diferenciado el hombre de los demás animales que desconocen la noción del cálculo.

Cap. V. De prima divisione parium et imparium

Cap. V. De la primera división en pares e impares.

(111) 9. Item parium numerorum alii sunt superflui, alii diminuti, alii perfecti. Superflui sunt quorum partes simul ductae plenitudinem suam excedunt, ut puta duodenarius.

9. Además, los "números pares", unos son superfluos, otros disminuidos y otros perfectos. Son "superfluos" aquellos que sumadas las partes en las que se pueden dividir, dan un número mayor que el propuesto, como por ejemplo el 12. (*)

(112) 10. Diminuti numeri sunt qui partibus suis computati minorem summam efficiunt, ut puta denarius.

10. "Números disminuidos" son aquellos que, computadas sus partes, suman menos, como por ejemplo, el 10.

(113) 11. Perfectus numerus est qui suis partibus adimpletur, ut senarius, habet enim tres partes, sextam, tertiam, et dimidiam; sexta enim ejus est unum, tertia duo, dimidia tres. Hae partes in summam ductae, id est, unum, et duo, et tria, simul eundem consummant perficiuntque senarium. Sunt autem perfecti numeri intra denarium VI, intra centenarium XXVIII, intra millenarium CCCXCVI

11. "Número perfecto" es el que sumadas sus partes, da el número exacto como el número seis, que tiene tres partes, sexta, tercia y mitad; la sexta es uno, la tercera dos, y la mitad tres, y sumados estos números dan el seis, número exacto. Son números perfectos dentro de la decena el seis, dentro de la centena el veintiocho, dentro del millar el cuatrocientos noventa y seis.

Cap. VII. De tertia divisione totius numeri.

(114) 1. Numeri, aut discreti sunt, aut continentes. Iste dividitur sic primus linealis, secundus superficialis, tertius solidus.

(115) 4. Superficialis numerus est qui non solum longitudine sed et latitudine continetur, ut "trigonus" "quadratus", "quinquangulus", vel circulares numeri, et coeteri qui semper in plano pede, id est superficie continentur.

(116) 5. Circularis dum sibimet multiplicatus fuerit, a se inchoas ad se convertitur. Verbi gratia: "quinquies quini vices quinque". Solidus numerus est qui longitudine, latitudine et altitudine continetur, ut sunt pyramides, qui in modum flammae consurgunt.

(117) 6. Cubus sunt tesserae. Sphaerae quibus est aequalis undique rotunditas. Sphaericus autem numerus est qui circulo numero multiplicatus a se inchoat, et in se convertitur, ut "quinquies quini, viginti quinque". Hic circulus dum se ipso multiplicatus fuerit, facit sphaeram, id est; quinquies XXV, CXXV.

Cap. VIII. De differentia arithmeticae, geometricae et musicae.

(118) 1. Inter arithmeticae autem, et geometricae, et musicae hoc interest, ut media invenias. In arithmetica primo sic quaeris. Coniungis extrema, et dividis, et facis medium, ut puta: fac extrema esse VI et XII, simul coniungis, et faciunt XVIII; partiris media, et facis IX, quod est analogicum arithmeticae, ut medius quod monadibus superat primum, iis superetur ab extremo. Superant enim IX VI, tribus monadibus, iis superantur a XII.

(119) 2. Secundum vero geometriam ita quaeris. Extrema multiplicata tantum faciunt quantum et media multiplicata, ut puta, VI et XII multiplicata faciunt LXXII; media, VIII et IX multiplicata tantumdem faciunt.

(120) 3. Secundum musicam ita: qua parte superat medius primum, eadem parte superatur medius ab extremo, ut puta VI a VII duabus monadibus superantur, quae duae pars sunt tertia eademque media VIII superantur ab ultima, quae est XII.

Cap. XV. De Musica et ejus nomine.

(121) 1. Musica est peritia modulationis sono cantuque consistens; et dicta musica per deriva-

Cap. VII. De la tercera división del número.

1. Los números son "discretos" o "continuos". Este puede ser lineal, superficial o sólido.

4. "Número superficial" es el que no solamente expresa longitud, sino también latitud como el triángulo, cuadrado, el pentágono o los números circulares y los demás que están contenidos en pie plano, o sea en superficie.

5. "Circular" es el que se multiplica por sí mismo, empieza y vuelve sobre sí: v. gr., cinco veces cinco es veinticinco. "Número sólido" es el que expresa longitud, latitud y altura, como es el de las pirámides, que se elevan en forma de llama.

6. "Cubos" son los dados. "Esferas" son las que tienen la redondez por todas partes igual. "Número esférico" es el que se multiplica por su número circular, empieza en sí y vuelve sobre sí mismo. Cinco veces cinco son veinticinco. Este círculo multiplicado otra vez por cinco hace la esfera, es decir, cinco veces veinticinco hacen ciento veinticinco.

Cap. VIII. De la diferencia entre la aritmética, la geometría y la música.

1. La diferencia entre la aritmética, la geometría y la música está en encontrar la media. La "media aritmética" de dos números la encontrarás así: suma los extremos y el resultado lo divides en dos mitades y tienes el medio; como por ejemplo: supón que un extremo es 6 y el otro 12, se suman y hacen 18, se divide por la mitad y da la media 9. El medio en tantas unidades supera al primer extremo en cuantas es superado por el otro extremo. La media 9 supera al 6 en 3 unidades y en esas mismas es superado por el 12.

2. La "media geométrica" la encontrarás así: multiplicados los extremos darán tanto cuanto multiplicados los medios; como por ejemplo: extremos son 6 y 12 que multiplicados hacen 72; los medios 8 y 9 multiplicados hacen la misma cantidad.

3. La "media musical". En aquella "parte" en que el medio supere al primer extremo, en la misma es superado por el segundo; como por ejemplo: el 6 y el 8; en dos partes superan, en cuyas dos partes es superado por el último extremo, 12. (*)

Cap. XV. La música y su nombre.

1. "Música" es pericia de la modulación que consiste en el sonido y en el canto; y se llama

tionem a "Musis". Musae autem appellatae ἀπο τοῦ μῦσαι id est "a quaerendo", quod per eas, sicut antiqui voluerunt, vis carminum et vocis modulatio quaereretur.

(122) 2. Quarum sonus quia sensibilis res est praeterfluit in praeteritum tempus, imprimi-turque memoriae, inde a poetis Jovis et Memoriae filias Musas esse conflictum est. Nisi enim ab homine memoria teneantur soni, pereunt, quia scribi non possunt.

Cap. XVI. De inventibus ejus.

(123) 1. Moyses dicit repertorem musicae artis fuisse Tubal, qui fuit de stirpe Cain ante diluvium. Graeci vero Pythagoram dicunt hujus artis invenisse primordia, et malleorum sonitu, et cordarum extensione percussa. Alii Linum Thebaeum, et Zethum, et Amphionem in arte musica primos claruisse ferunt.

(124) 2. Post quos paulatim directa est praecipue haec disciplina, et aucta multis modis; eratque tam turpe musicam nescire quam litteras. Interponebatur autem non modo sacris, sed et omnibus solemnibus, omnibusque laetis, vel tristioribus rebus.

(125) 3. Ut enim in veneratione divina hymni ita in nuptiis, hymenaei, et in funeribus threni, et lamenta ad tibias canebantur. In convivii vero lyra, vel cithara circumferabatur, et accubantibus singulis ordinabatur conviviale genus canticorum.

Cap. XVII. Quid possit musica.

(126) 1. Itaque sine musica nulla disciplina potest esse perfecta, nihil enim est sine illa. Nam et ipse mundus quadam harmonia sonorum fertur esse compositus, et coelum ipsum sub harmoniae modulatione revolvitur. Musica movet affectus, provocat in diversum habitum sensus.

(127) 2. In proeliis quoque tubae concentus pugnae accendit; et quanto vehementior fuerit clangor, tanto fit fortior ad certamen animus. Siquidem et remiges cantus hortatur. Ad tolerandos quoque labores musica animum mulcet, et singulorum operum fatigationem, modulatio vocis solatur.

(128) 3. Excitos quoque animos musica sedat, sicut legitur de David, qui a spiritu immundo Saulem arte modulationes eripuit. Ipsas quoque bestias, nec nom et serpentes, volucres, atque delphinus, ad auditum suae modulatio-

"música" porque proviene "a musis". Musa es llamada así en griego "apo tu masai" esto es, "buscando", porque por ella según los antiguos, se buscaba la modulación de los versos y voces.

2. Su origen se remonta a los tiempos más antiguos y se encomendaba a la memoria, de aquí que los poetas fingieron que las musas eran hijas de Júpiter y de la Memoria, pues si no se retuvieran los sonidos por la memoria, se perderían, ya que no se pueden escribir.

Cap. XVI. De sus inventores.

1. Moisés dice que el autor del arte de la música fue Túbal, de la estirpe de Caín, que vivió antes del diluvio. Los griegos dicen que los principios del arte musical se deben a Pitágoras que lo tomó del sonido de los martillos y de las cuerdas tensas golpeadas. Otros dicen que los primeros que se distinguieron en el arte musical fueron Lino de Tebas, Zeto y Anfión.

2. Después de éstos, esta disciplina fue encauzada y aumentada su importancia en gran manera, hasta el punto que desconocer la música era cosa tan torpe como el desconocer las letras. Se empleaba no sólo en las ceremonias del culto, sino en todas las solemnidades, tanto alegres como tristes.

3. Pues con la misma veneración con que se cantaban los himnos en las cosas divinas, se cantaban los cantos de himeneo en las nupcias, los trenos y lamentaciones en los funerales. En los banquetes circulaba la lira entre los comensales para el canto convivial (*).

Cap. XVII. Qué puede la música.

1. Así, pues, sin la música ninguna disciplina puede ser perfecta, y no hay nada sin ella; el mismo mundo fue constituido con cierta armonía de sonidos y el cielo gira bajo la modulación de la armonía. La música mueve los afectos y despierta en el alma variedad de sentimientos.

2. En las batallas los acentos de la tuba encienden a los que pelean, y cuanto más vehementemente es su clamor tanto más fortalece el ánimo para la lucha. El canto excita y regula a los remeros; dulcifica los trabajos, y se encuentra solaz o esparcimiento en medio de ellos con la modulación de la voz. (*)

3. Igualmente la música aplaca los ánimos excitados, como se lee de David, que libró a Saúl del espíritu malo por el arte de la música. Los mismos animales, las serpientes, aves y delfines sienten manifiestamente la influencia de

nis musica provocat. Sed et quidquid loquimur, vel intrinsicus venarum pulsibus commovemur, per musicos rythmos harmoniae virtutibus probatur esse sociatum.

Cap. XVIII. De tribus partibus musicae.

(129) 1. Musicae partes sunt tres, id est, harmonica, rhythmica, metrica. Harmonica est quae discernit in sonis acutum et gravem. Rhythmica est quae requirit incursionem verborum, utrum bene sonus an male cohaereat.

(130) 2. Metrica est quae mensuram diversorum metrorum probabili ratione cognoscit, ut, verbi gratia, heroicum, iambicum, elegiacum, etc.

Cap. XIX. De triformi musicae divisione.

(131) 1. At omnem sonum, qui materies cantilenarum est, triformem constat esse natura. Prima est harmonica, quae ex vocum cantibus constat. Secunda organica, quae ex flatu consistit. Tertia rhythmica, quae pulsu digitorum numeros recipit.

(132) 2. Nam aut voce editur sonus, sicut per fauces; aut flatu, sicut per tubam, vel tibiam; aut pulsu, sicut per cytharam; aut per quodlibet aliud, quod percutiendo canorum est.

Cap. XX. De prima divisione musicae quae harmonica dicitur.

(133) 1. Prima divisio musicae, quae harmonica dicitur, id est modulatio vocis, pertinet ad comoedos, tragoedos, vel choros, vel ad omnes qui voce propria canunt. Haec ex animo et corpore motum facit, et ex motu sonum, ex quo colligitur musica, quae in homine vox appellatur.

(134) 2. Vox est aer spiritu verberatus, unde et verba sunt nuncupata. Proprie autem vox hominum est seu irrationabilium animantium. Nam in aliis abusive non proprie sonitus vox vocatur, ut: "Vox tubae infremuit fractasque ad littora voces". Nam proprium est un litto- rei resonent scopuli, et: "At tuba terribilem sonitum procul aere canoro". Harmonia est modulatio vocis, et concordantia plurimorum sonorum, vel coaptatio.

la música. Más aún, todo lo que hablamos y todo lo que sentimos en el íntimo pulsar de nuestras venas está regido por un instinto oculto de ritmo y de armonía.

Cap. XVIII. De las tres partes de la música.

1. Las partes de la música son tres: armónica rítmica y métrica. "Armónica" es la que distingue en los sonidos lo agudo y lo grave. "Rítmica" es la que va unida a la expresión de palabras y ve si el sonido se adapta o no a ellas. (*)

2. "Métrica" es la que trata de la medida en relación con los diversos metros, como el heroico, yámbico, elegíaco, etc.

Cap. XIX. De los tres géneros de música.

1. Todo sonido que es materia de canto, atendiendo a su naturaleza tiene esta división: o es "armónico, orgánico o rítmico". Armónico es el formado por la modulación de la voz; el orgánico consiste en el sonido producido por el soplo, y el rítmico es el que se forma o proviene de cuerdas pulsadas. (*)

2. Porque el sonido se produce: o por la "voz", es decir, por la boca; o por el "aire", como en la trompeta y en la flauta; o por "pulsación" como en la cítara y otros instrumentos semejantes.

Cap. XX. De la primera parte de la música que se llama armónica.

1. La primera parte de la música que es llamada "armónica", esto es, modulación de la voz, es propia de los cómicos, trágicos y coros, o sea de todos aquellos que cantan con su propia voz; ésta produce movimiento, que proviene del ánimo y del cuerpo, y de este movimiento viene el sonido, que es música y en el hombre se llama voz.

2. "Voz" es la vibración (Verberatio) del aire por el hálito, y de aquí que se llame "verba", palabras. Propiamente la voz es de los hombres o de los animales, pues en los demás, este sonido se llama voz de manera abusiva, no propia, como cuando se dice: "sonó la voz de la trompeta". De aquí que Virgilio (Eneida 3, 556) diga: "y rotas las voces por la orilla", pues es propio de las rocas de la orilla que resuenan cuando se estrellan en ella las aguas; y en otro lugar (Eneida 9, 503) dice: "Pero la trompeta dio su terrible sonido que llevó lejos el bronce canoro". "Armonía" es modulación de la voz y adaptación o concordancia de muchos sonidos.

